PASSIO[a] BEATISSIMI FLORIANI MARTYRIS CHRISTI.

P. Iren. (1). In[b] illis diebus sub[c] Diocliciano[d] et Maximiano imperatoribus cum[e] esset persecutio christianorum, quando diversis agonibus concertantes[f] christiani a[g] tyrannis inlata[h] supplicia devota Deo[i] mente suscipiebant et promissionibus[k] Christi participes efficiebantur, tunc quidam in montibus se abscondebant, quidam[l] in cavernis petrarum, et[m] sic malis poenis de hac[n] vita liberabantur; alii[o] vero in civitatibus a pessimis principibus torquebantur et sic consummabantur[p] in domino Iesu Christo. Certabatur[q] tunc sanctitas et fides, per patientiam suos atletas coronabat[r]; haec autem victoria ad vitam ducit aeternam. Tunc impiissimi[s] iudices[t] iussi ab imperatoribus certabantur[u] insanientes[v], Christi[w] atletae e[x] contrario laborabant et superabant eorum insaniam; venerabilis vero fides vincebat.

(2). In[a] illis diebus cum venisset sacrilegorum principum praeceptio aput Noricum[b] Ripensem, administrante[c] Aquilino praeside, tunc[d] adveniens praeses in[e] castrum Lauriacensem[f] coepit vehementer inquirere christianos. Et conprehensi[g] sunt quidam[h] sanctorum nomero[i] quadraginta, qui diutissime concertantes[k] et multis suppliciis cru-

---

Cap. 1. a) *ita praescr. A* 1*a*; Incipit *(om. A* 4*a. b)* p. sancti F. m. (que est IIII. Nonas Maii *add. A* 2*b*) *praescr. rell.* b) *incipiunt* Factum est *A* 2*a. b,* Facta (est *m. al. in litura*) autem *A* 3, *subsequentibus verbis* in illis diebus. c) *ita A* 1*a. b. c cum P. Irenaei; om. rell.* d) *ita A* 1*a*; Diocletiano et Maximiano *A* 1*b. c*; Diocletiano et Maximiniano *plerique.* e) *ita A* 1*a. b cum P. Ir.*; facta est *pro* cum e. *rell.*; esset — c. 2. In i. d. cum *om. A* 1*c.* f) *ita rell. cum P. Ir.*; certantibus *A* 2*a*; certantes *A* 2*b.* g) (a *om.*) t. (tyranni *A* 2*a*) *A* 2*a.* 4*a. b.* h) *ita A* 1*a. b.* 2*a. b cum P. Ir.*; (per *in litura*) illa *A* 3; inter illa *A* 4*a. b.* i) *ita A* 1*a. b cum P. Ir.*; m. Deum *plerique;* m. pro Domino *A* 2*b cum B.* k) promissionis *A* 2*a. b*; praemiis *P. Ir.* l) *ita A* 1*a. b*; autem *add. rell.* m) *ita A* 1*a. b.* 2*a. b*; et — liberabantur *om. A* 3. 4*a. b.* n) vita hac *A* 1*a.* o) *ita A* 1*a. b*; alii — Certabatur *om. rell.* p) *ita A* 1*a*; consumebantur *A* 1*b.* q) *ita A* 1*a*; certantes *A* 1*b.* r) coronat *A* 2*a*; coronans *A* 1*a.* s) impii *A* 2*a. b.* t) iudicis iussu *A* 4*a et pr. m. A* 3. 4*b.* u) ur *eras. A* 1*a*; (h *superscr.*) ortabantur *A* 3; certabant *plerique.* v) *ita A* 1*a. b*; insani mentes *(ras.* s) *A* 2*a*; insane mentes *A* 4*b*; insanae mentis *A* 4*a*; insaniam mentis *A* 3. w) autem *add. A* 1*a. b*; vero *postea add. A* 3. x) et contrario *pr. m. A* 1*a*; (e *om.*) contrarium (contra i:: *corr.* contra eorum *A* 3) *A* 2*a* (*pr. m.*). 3; e c. *ante* Chr. a. *A* 4*a. b.*

Cap. 2. a) *ita A* 1*a*; In i. ergo d. *A* 1*b*; Ergo in i. d. *rell.* b) Noricoripensem *A* 1*b.* c) *ita rell.*; ministrante *A* 1*a. b.* d) *om. A* 4*a. b*; vero *add. A* 2*a.* 3. e) *ita rell.*; ad *A* 1*a. b.* f) *ita A* 1*a*; Lauriacense *A* 1*b.* 2*b.* 4*a. b et m. al. A* 2*a*; Lauricense *pr. m. A* 2*a*; La:oriacense (*eras.* b) *m. al. corr.* Laureacense *A* 3; Lavoriacensem *B.* g) conprehe(n *m. al. superscr.*) si s(unt *m. al. in litura*) *A* 1*a.* h) *ita A* 1*a. b. c; om. rell.* i) *ita pr. m. A* 1*a*; numero *A* 1*b. c.* 2*a. b*; non minus *pro* n. *A* 3. 4*a. b.* k) certantes *A* 1*a. b.* 2*b.* (*v.* c. 1, *n.* f).